

Johann Reinhard Rus

**Meditatio Natalitia Exhibens Breves In Pentatevchvm Werthemiensem
Depravatvm Strictvras Et Praecipvorvm Qvorvndam Locorvm De Messia
Vindicias : Proposita In Academia Ienensi M D CC XXXV**

Ienae: Literis Crökerianis, [1735?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861899199>

Druck Freier  Zugang





49. el. 4.

44.

Ta-1092 (44)

1. Joach. Justus Rau de polibus sacrae paginae Gen 1753.
2. Jo. Heinrich Rufin structurae in Pentateuchum Werthemerse
4 Gen 1755.
3. Geogr. Megeri specimen quaestivum exegeticarum in hexameron
creationis ad Gen 1. Freft. 1689.
4. Eiusdem specimen clavis philologicae in priora commata Gen 1. ib. ead.
5. Jo. Andr. Darius de Caino contra neceam praemunito. ad Gen 4,
15. Gen 1601. reus. ib. 1752.
6. Jo. Heinrich Rufin de Abrahami evocatione ex Vr. Gen 1601. reus. 1752.
- # D. Abrah. Calovius de mirabili cum filio Dei Jacobi lucta. Witeb 1697.
ad Gen XXII. v. 24. fgg
9. Jo. Carp. Krause de נֶפֶשׁ הַבְּרִיָּה וְנֶפֶשׁ הַבְּהֵמָה וְנֶפֶשׁ הַחַי
1706.
- # 7. Geor. Ligon Greerius de huc religioni ab Abrahamo conferata
ad Gen XXI, 29. Lips 1755
10. Jo. Friedr. Stappella de vonu la Man ad Exod XVII, 5. Witeb 1694
11. Theod. Dassonius de panibus facierum. ad Exod XXV et Leviticus
XXIV. Witeb 1692 reus. ib. 1756.
12. Jo. Friedr. Lofani de sacrificiis quotidianis ad Exod XXI, 2. Ac
41. Lips 1718.
13. Jo. Christo. Orthobius de jejunio Moysi quadragesimali
Exod XXXIV v. 28. Lips 1702.
14. Christo. Longagi paralipomena de liquoribus de Exod 1710.
15. Henr. Jac. von Basthuysen de manipulo hederaceo ad
Leviticus XXXIII, 9 - 6. Teru. 1754.

16. Jac. Schmalzius de vxore Moysi Aethiopsa ad Num. 21. 1. Lips 1679.
17. Matth. Hellerus de Hebraeorum vestibus fimbriatis ad Num. 21. v. 37. 44. Tubing. 1701.
18. Jo. Christo. Ortlobius de morte Agaronis ad Num. 21. 27-29. xxxiii. 30. 39. Feuterom. x. 6. Lips 1704.
19. Jo. Trisehmius de Propeta Moysi parte. ad Deut. xviii. 15. Lips 1675 reuig. ib. 1736.
20. Theod. Darsonius de suspensio hominis lapidibus obruti ad Deut. 21. 22. et Gal. iii. 10. Witob 1694. reuig. ib. 1736.
21. Just. Christo. Schomerus de arcanis Ichonae ad Deut. 21. 29. Lips 1690.
22. Jo. Barlschius de sepulchro Moysi ad Deut. xxxiv. 6. Lips 1703.
23. Jo. Georgii Abichtius Commentarius Reflexio in Iosue. Lips 1712.
24. Jo. Georgius Abichtius de statione solis ad Jos. x. 12. 10. 14. Lips 1713.
25. 26. Jo. Georgius Abichtius de libro reati ad Jos. x. 13. et 2. Sam. 10. Lips 1714.
27. Franc. Mr. Waltherus de iis qui per regentes suos conuocantur et lamo scribae intelliguntur. Lips 1714. ad Iud. vi. 10.
28. Jo. Friedr. Maierus de vulpeculis Simpsonis ad Jos. xv. 4. Witob 1690.
29. Seb. Schmidius de fasciculo vinearum ad 1 Sam. xxvi. 29. Argent 1660 reuig. 1731.
30. Jo. Christo. Ortlobius de Bandis delictis coram Aethiopsa ad 1 Sam. 21. vii. - vii. Lips 1706.

- 31. Jo. Andr. Schmiedius de regina austri ad 1 Reg. X. 1 Reg. Gen. 406.
- 32. Laur. Müllerus de origine regni Damasceni tempore Iffraeli-
tarum ad 1 Reg. XI. 23. 24. 25. Lips. 1714.
- 33. Franc. Mr. Wackerus de pœna flagellorum et scorpionum ad
1 Reg. XII. 14. Aintel. 1731.
- 34. Car. Friedr. Cerardus de hominibus a bestiis eantibus ad
1 Reg. XVII. 6. Lips. 1703.
- 35. Henr. Gottlieb Reimius de numero annorum regiminis Je-
hofaphathi ad 1 Reg. XXII. 42. 2 Chron. XXV. 31. 2 Reg. III. 1.
et VIII. 16. Jen. 1740.
- 36. Henr. Gottlieb Reimius de harmonia intera forami, Achaf-
et forami ad 1 Reg. XXII. 51. 2 Reg. VIII. 24. 2 Chron. XXI. Jan. 1713.
- 37. Jo. Andr. Schmiedius de Cefaco ad Musies forami propheta
ad 2 Reg. III. v. 15. Helust. 1715.
- 38. Jo. Ernes. Müllerus de Yay terra Jobi Lips. 1678.
- 39. Jo. Georg Abichus de Gele Jobi ad Job. XIX. 25. 26. 27. Lips.
1708.
- 40. Jo. Henr. Michaelis de sensu verborum Job. XVIII. 25. ad fin. Hal.
1715.
- 41. Gerh. Henr. Meinkanus de osulo manus ori dato ad Job. XXXI.
27. Lips. 1711.
- 42. Jo. Trifschmuthus de Eli, Eli Lama Sabachthani ad Ps. XXII. Jan. 1678.
- 43. Christo Sondagius de Tridologia Catholica ad Ps. XXXIII.
6. Act. 1660. reus. ibid. 1706.
- 44. Gottlob Adolphus de Chalmis filiorum Korah. Lips. 1706.
- 45. Jo. Engelh. Steaberus de pœna originis ad Ps. LII.
17. Aintel. 1731.

10. Nanz
d. Nun
27-29.
Eut. XVIII.
Abrih ad
1706.
Deut. XXXI
XXXI
Lips. 1712
2. 10. 14. Lips.
1708.
12. Laut.
vocantes cas
1711.
14. Witel
160.
29. Argent
Achis Lips.

46. Zach. Grapus de decoribus sanctitatis et oris aurorae et rore
juventutis Mesfiae ad 1^o c. 9. Hoff. 1708.
47. Jo. Kristi. Burgmannus de aurora in lege, testimoniisque confirmata
Cap. VIII. v. 20 Hoff. 1795.
48. J. Georgius Abichtus de orculo Jesaiaens Cap. I. c. 1. coll. Math. II,
15 Lips. 1708.
49. Joan. de gaudis gentium aduentu christi multiplicato. ad Jes. IX,
3. Lips. 1700.
50. Henr. Jac. van Bachuisen de vexillo Mesfiae erecto inter gentes.
ad Jes. XI. 10. Lem. 1717.
51. Jo. Schmidius de epulo solenni in monte Zion ad Jes. XXV,
6. Lips. 1719.
52. Christi. Benjamin Otto de sepulchro christi cum dante ad Jes. III,
9. Lips. 1700.
53. Jo. Andr. Danzius de Nuptiis resurrectionis humanae. ad
Jes. LIII. 10. 1 Pet. I. 18. 19. Jen. 1700.
54. Josias Nervius Critius de jeremia inter prophetas majores
primo Lips. 1704.
55. Friedr. Schuebler de novo foedere. ad Jerem. XXXI. 31-34 Lips.
1719.
56. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo non creato sed
creatore Jesu Christo ad Dan. X. 13. 21. XII. 1. Jud. 9. Apocalyp. XII. 7,
1 Thess. IV. 16 coll. Zach. Cap. III. v. 2. Hal. 1792
57. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo vindicato. Hal. 1792
58. Geor. Friedr. Schroerer de principe Bazarum Gabrieli resistente.
ad Dan. X. 13. Witel. 1729.
59. Jo. Schmidius de lapide septem oculorum pro expiendis peccatis
ad Zach. VIII. 9 Lips. 1716.
60. Jo. Andr. Schmidius novum oraculum Isaiarum Cap. I. c. 11. Lips.
615 Helms. 1725.

2.
Jo. REINHOLD W. W.
ss. Th. Doct. et P. P. O.

MEDITATIO NATALITIA

EXHIBENS
BREVES

IN PENTATEVCHVM
WERTHEMIENSEM
DEPRAVATVM STRICTVRAS

ET
PRAECIPVORVM QVORVNDAM LOCORVM
DE MESSIA
VINDICIAS.

PROPOSITA
IN ACADEMIA IENENSI
CID IO CC XXXV.

IENAE,
LITERIS CRÖKERIANIS.

DEI GRATIA
GVILIELMVS HENRICVS
DVX SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM, ANGARIÆ ET
GVESTPHALIÆ, LANDGRAVIVS THVRINGIÆ, MARCHIO
MISNIÆ, PRINCEPS COMES HENNEBERGIÆ, COMES
MARCAE ET RAVENSBERGÆ, SAYNE ITEM ET WITTGEN-
STEINII, DYNASTA RAVENSTEINII.
RECTOR ACADEMIÆ MAGNIFICENTISSIMVS,
S. D.
CIVIBVS.



Proximis lipsiensium nudinis autumnalibus prodiit
eheu! in christiani nominis dedecus & ignomini-
am liber, de quo fama paullo ante percrebuerat,
in nostram salutem a benignissimo Numine per
Mosen datus, qui ceu pharus nobis praemonstra-
ret viam, qua euntes & credendo & vivendo con-
sequi possemus vitam æternam; sed adeo misere de-
prauatus, dilaceratus, deturpatus, ut sui non am-
plius sit similis. Præterquam enim, quod omnis fere divina auctoritas eri-
pitur ipsi in prolixissima, quæ præmissa est, præfatione, libera, & plus,
quam decebat, evagante, aque textu authentico longissime divaricante
translatione, adeo misere distorquetur coelestis; in hoc volumine contenta
veritas, ut merito vix dubitemus, an usquam & unquam tam male sit habitus,
vilissimi etiam hominis, liber, in aliam linguam transfusus. Accedunt
glossæ, adeo impiæ, quibus apertissimæ Deo atrocissimæque inferuntur iniu-
riæ, isve, absit blasphemia verbo! causa & auctor peccatorum constituitur.
Horrescit pius animus, & stant comæ, dum vel memoriam subit scelestus ac
nefandus hic conatus. Tam impium, tam periculosum scriptum orbis, ex
quo stat fides & religio christiana, non vidit, quod iugulum omnis christi-
anæ religionis ac fidei petit, ut auctorem perverissimæ huius translationis,
plusquam LVCIANVM, Dei hominumque irrisorem atque obtrectatorem,
non possit non mens ullo, & vel levi numinis sensu tacta, abominari, de-
testari & execrari. Prohibeat clementissime, qui cuncta in coelis ac terra
moderatur sapientissime, ne ulterius serpat malum hoc, & quod minatur
dicti iam pentatevchi præfatio p. 45. fin. eodem modo deturpata quoque
prodeant reliqua sacra volumina diuina. Læderetur enim ita Dei honos ac
interverteretur hominum salus, ut magis nunquam vel factum esset, vel fie-
ri posset. Agent vero, speramus & optamus proceres ac Principes, quibus
cura ecclesiæ christianæ purioris est commendata, quique sunt nutritii eius-
dem

dem, divinitus dati, ut fibula & capistrum iniiciatur alastori infernali & genio stygio, quo desinant convellere fundamenta & pessundare funditus ædificium, quod immota petra superstruxit coelestis gratia. Quod si vero & hi silebunt, sinentque grassari malum hoc, nullis sat deplorandum lacrymis, & vires fumere, ipse tandem iustissimus iudex aderit velut ex machina & causam suam aget; sed vae nobis ingratis, quibus sordent sacratissima Dei oracula, ut tædium adversus ea, tam abundanter proposita, expositaue, tantum nobis fere obrepat, quantum occupat Israelitarum animos, quum eos taderet cibi, ut mentiebantur, ingrati, ut merito exclamaret iratum in coelis Numen: *itane gratum te præbes Deo tuo, o popule amens, & insane prorsus!* Vt vero lector cognoscat, iustas esse, quas effudimus, querelas, & nobiscum malis nostris, altissimis ductis suspiriis, ingemiscat, Deumque precetur devote, quo subigat vaferrimos funestissimosque, hosce insultus, atque reprimat fortissime efficacissimeque, & titulum libri adeo detestandi apponemus & specimina quædam notabiliora indicabimus, atque versionis indolem perlustrabimus in locis aliquot Scripturæ S. extantioribus, ut ex iis, veluti ex ungue leonem, cognoscat quivis, cui curæ cordique est animæ suæ salus, ultimas has cacodæmonis *μεθόδειας*, easdemque maturius vitare & omnes ac singuli tam anxie cavere sibi discant ab his Sirenum infernalium vocibus, quam cara est ipsis salus eorum.

Cacodæmon nempe probe gnarus, quod non multum ei tempus supersit seducendi miseros mortales, hunc extremum in ultima hac mundi senecta halitum effutiit foetidum & venenatum, consilio plane funesto & incautus exitioso: Die göttlichen Schriften vor den Zeiten des Messia Iesus, der erste Theil, worinnen die Gesetze der Israelen enthalten sind, nach einer freyen Uebersetzung, welche durch und durch mit Anmerkungen erläutert und bestätigt wird. Wertheim gedruckt durch J. G. Nehr, Hof- und Cankley-Buchdr. 1735.

Adeo omnem frontem posuit malignus spiritus eiusve organon, ut non amplius pudeat cum Iudæis in os & faciem ecclesiæ obiectare, quemadmodum illi quondam faciebant impudentissime Iesu, quod sint misere decepti ipsimet, impostoris verbo quippe innitentes, in quo prudentiores & oculatiores semper multa habuerint, quæ desiderarent. Verba præfationis, pagg. 48. constantis hac de re p. 6. & 7. sonant: Gegenwärtige Schriften stehen bey einem guten Theil der Menschen in dem größten Ansehen. Man räumet ihnen eine völlige Untrüglichkeit ein, und achtet sich verbunden, nicht nur ihre Sätze ohne Widerspruch anzunehmen, sondern auch sein Thun und Lassen nach der Vorschrift derselben einzurichten, und dieses aus dem Grunde, weil man ihren Ursprung von dem höchsten Wesen selbst herleitet. Quam bene autem hoc fiat, exponit p. 6. Solchergestalt wurde ihr Ansehen in einem kleinen Bezirck bey der einigen jüdischen nation, jedoch mit genauer Noth unterhalten

ten, & mox circa fin. und diesen Platz haben sie auch bis auf unsere Zeiten behauptet, da die Wahrheiten schärffer, als jemahls untersucht und geprüffet werden, und zwar bey solchen Nationen, welche im Stande sind, der ganzen übrigen Welt Lehren zu geben, und sie mit Wahrheiten zu bereichern. Quænam vero sint hæ nationes & gentes p. 7. ita edisserit: weil dahero die (jüdische) Nation wegen ihres Verstandes in schlechten Ansehen stund, daß sich andere um ihre Umstände wenig bekümmerten, (vid. versionem hanc liberam Gen. 28, 14. & concilia cum his, si potes, lector, quo de infr. p. 25.) so blieben auch ihre Schriften von andern mehrentheils unangefochten; allein die Sache wendete sich gar sehr, als sie weiter bekant gemacht wurden, und auch bey den Griechen und Römern, bey welchen damahls der geübteste Verstand anzutreffen war, sich in Ansehen setzen wolten, ubi & in margine hæc lemmata ponit: Widerspruch, welchem sie bis auf unsere Zeiten unterworffen gewesen, wie derselbe aus dem vermeinten Streit mit andern Wahrheiten entstanden, & p. 8. & 9. ait: solchen Widerspruch habe man auf verschiedene Art, jedoch ohne den erwünschten Fortgang, bezulegen gesucht.

Perversissimum est huius hominis de scriptis Mosaicis iudicium, quasi illa non prius sortita fuerint auctoritatem, quam certi postea homines in gente iudæica surgerent, qui eandem suffulcirent. Eam tamen non nisi penes unam gentem iudæicam, eandemve rudiorum, obtinuisse, cui vero semper non modo eruditi, præ aliis acutiores, varia opposuerint, quin & integræ nationes, græcæ præsertim ac romanæ, ceteris, iudæis potissimum, sagaciores contradixerint, quibusve non potuerint satisfacere horum scriptorum admiratores. Quæ *ἐγκλήματα* omnia eo sunt comparata, ut lectori persuadeatur, hodie, in tanta scientiarum luce, multo magis occurrere varia, quæ accuratius mereantur peritiorum examen. At vero quanta & apud Ægyptios, omnibus gentibus ea ætate sapientiores (1 Reg. 4, 30. 31.) Mosis fuerit auctoritas, constat ex editis ejus coram Pharaone eiusdemque purpuratis miraculis, quæ ne magi quidem artibus suis vel imitari, vel eludere potuerunt, ut tandem vel ipsimet agnoscere necessum haberent Dei digitum (Exod. 8, 19.) nec haberent illi, quod opponerent cum aliqua veritatis specie assertis & doctrinis mosaïcis. Confirmata deinceps est auctoritas mosaïca per 40. integros in deserto annos coram plus quam sexcentis millenis viris, ex Ægypto egressis, per tot stupenda facta, quibus percellabatur animus adversantium eidem, ut non haberent amplius, quo detraherent Mosis. Quin & ipse Deus Mosis testimonium perhibuit servi in universâ sua domo fidelis (Num. 12, 7. Hebr. 3, 2.) inque eam ipsum eiusve scripta auctoritatem evexit, ut postea doctrinæ, quæcunque excogitarentur, debuerint ad scripta mosaïca, ceulydium quendam lapidem, revocari, & quæ ab iis discreparent, reprobari, per Deut. 13. tot. & c. 18, 15. 18.

Gentem vero iudæicam adeo inertem, indoctam & fere brutam non fuisse, qua-

qua-

qualem hic auctor eam describit præf. p. 7. init. sic (die jüdische nation) legte sich gar nicht auf die Erforschung der Wahrheiten, ex argumento non uno constat liquidissime. Quomodo enim quæso hæc consistunt cum eo, quod nobis de Iosepho refert *Evseus*, & ipse sapientissimus David in Ps. 105, 22. Iosephum, natione iudæum, etiam ipsos Pharaonis principes erudivisse, ac superiores eius docuisse sapientiam. Profecto! si tam barda tamque stupida fuisset gens Israelitica, eiusve mores, legibus divinis formati, adeo culpabiles, in quibus essent, quæ carperent merito, qui erant emunctioris naris, ut ait hic empæcta, tantopere non posset deprædicari sapientia & populi huius & legum, quibus regebatur ille, quantopere sit ab ipsomet sanctissimo, & omnis erroris experte Numine Deut. 4. v. 6. 7. 8. Christusque & apostoli tam ruinoso & arenoso fundamento sua non superstruxissent, qui tamen ubivis ad Mosis oracula provocant, nihil se docere professi propalam præter ea, quæ Moses docuit. Vnde Christus ad Iudæos Ioh. 5, 46. *Si crederetis Mosis, etiam mihi crederetis, is enim testatus est de me, istiusve Mosis effata aequæ certa ac infallibilia facit, ac sua ipsiusmet, subijciens ibid. v. 47. Si autem verbis eius (Mosis) fidem non habetis, quomodo credetis verbis meis.* Ac discipulis, Emauntem petituris, universam salutis œconomiam reclusurus, incipit eis exponere Scripturam, & quæ de ipso dicta fuerant a Mose, prophetis, & in Psalmis Luc. 24, 44. Mosisque de se locuto primas iterum desert. Gloriatum etiam Paulus Act. 26, 22. se, de Christo prædicantem, nil protulisse extra ea, quæ propheta & Moses prædixerint. Nonne fidem Mosis insigniter laudavit ipse Deus Num. 12, 7. eundemque ibidem v. 6. & 8. omnibus aliis prophetis longissime præfert, quod etiam post Mosis fata repetitur Deut. 34, 10. Quæ ethnici, alique Pseudo-Christiani, quorum illos multo sapientiores Iudæis facit sacrorum mosaïcorum proculcator noster & conspurcator, obiectarunt, abunde iam sunt diluta a veritatis religionis christianæ scriptoribus, quorum potiores in integro volumine indicavit 1725. cel. vir IO. ALB. FABRICIUS posteaquam iam 1715. in *bibl. gr. l. 5 part. 3. c. 8.* enumerarat 442. & in pr. p. 3. pollicitus fuerat, se centum adhuc ibi non nominatis additurum.

Quæ vero SPINOZA, HOBBSIUS, PEYRERIUS, aliive recoxerunt, ut fidem Mosis convellerent, iis satisfactum est iam pridem ab aliis, ex quibus nunc nominasse suffecerit, cel. in ecclesia reformata theologum Tigurinum, IO. HENR. HEIDEGGERVM, *diss. 10. exercitat. biblicar. de divinitate Pentateuchi* & cel. D. SAL. DEYLING. *pec. orat. de ingenio Israelitar. Egyptiacor. quæ adheret part. I. observationum eiusdem sacrarum.*

Annotationum 1592. quas subiecit versioni suæ auctor, hanc rationem subindicat in præf. p. 31. marg. verbis: *Absicht der Anmerkungen, nemlich die Uebereinstimmung der Uebersetzung mit der Urkunde zu zeigen, atque ibid. zu dieser Arbeit habe ihm ein grosser Gelehrter die erste Anleitung gegeben.* Nollemus vero multas earum observationum extare, præsertim eas, quæ Dei sanctitatem læ-

dunt nimis aperte, ex quibus vel sola ista, quæ sub n. 480. ad Exod. 4. 21. super verba versionis huius libera, ac depravata exstat præ ceteris notari mereatur, allein, ich will machen, daß er nicht folget, quam idcirco totam verbotim huc apponimus, ut lectori plenam fidem faciamus, quantopere hic sanctissimi numinis honos periclitetur. Sonat vero illa ita; Allein ich will machen, daß er nicht folget.) E. ich will sein Gemüth verstockt machen. Verstockt heisset derjenige, dessen Wille sich durch keine Vorstellung des Guten lenken läßt. Er unterläßt also das Gute, oder thut das Gegentheil von demselben. Weil keine Handlung ohne Bewegungs-Gründe geschiehet; so muß er Gründe haben, welche den vorigen entgegen sind. Da alle Bewegungsgründe Vorstellungen des Guten seyn müssen, und dennoch das Gute sich nicht selbst entgegen seyn kan: so muß das Böse dem verstockten als gut vorkommen; das ist, es ist ihm ein Scheingut. Den andern verstockt machen heisset also, ihn durch Scheingründe abhalten, den Vorstellungen des Guten zu folgen. Weil ein Scheingut einem bloß als gut vorkommt, so muß es in der That etwas böses seyn. Das Böse ist den Absichten Gottes entgegen (Anm. 10.) ob es sich gleich in der Verknüpfung der Dinge befindet. Gott hat nach seiner Weisheit so viel Gutes in die Welt bringen müssen, als möglich war. (Anm. 10.) Es kan aber nicht mehr Gutes in der Welt seyn, als wenn auch das Böse als ein Mittel gebraucht wird, das Gute zu befördern. Ein Mittel ist ein Ding, welches den Grund in sich enthält, warum die Absicht zur Wirklichkeit gelanget. Wenn die Absicht soll erhalten werden, so müssen die Mittel darzu hinlänglich seyn: das ist, der Grund, welchen sie in sich fassen, muß zureichend seyn, die Absicht zu erhalten. Wenn also ein Weiser das Böse als ein Mittel brauchet, das Gute zu befördern: so muß er es in solchem Grade beifammen haben, als darzu erfordert wird. Da Gott die Ursache von der Verknüpfung der Dinge ist, und also im Stande war, dieselbe so einzurichten, daß sie die Mittel in sich enthalte, zu der Haupt-Absicht zu gelangen: so hat er das Böse in der Welt mit andern Dingen in solchem Grade verknüpfen müssen, als darzu nöthig war. Weil der Erfolg, welcher daher entspringet, seinen Absichten gemäß ist: so gehöret er zu seinem Thun (Anm. 362.). Wenn aber das Böse zu dem Thun Gottes gerechnet wird: so bedeutet es eine solche Verknüpfung desselben mit andern Dingen, daß es Mittel abgeben kan, das Gute zu erhalten. Vox est vere blasphema, das Böse gehört zu dem Thun Gottes, und Gott brauchet das Böse als ein Mittel, das Gute zu erhalten. Paulus enim Rom. 3. 8. iustam eorum dicit esse condemnationem, qui statuunt, esse facienda mala, ut inde eveniant bona. Quæ ergo ratione dici posset de ente sanctissimo, facere illud mala, ut inde eveniant bona, & adhibere ea tanquam media ad producendum bona. Nihilò secius auctor p. 46. fere tot. & p. 47. sub lemmatibus, von der Beförderung dieses Wercks und weitem Nutzen desselben, ita perorat: Wenn ich dieses Werck als eine

ne

ne göttl. Absicht ansehe, und bey mir überdencke, wie die Gelegenheit zur Ausarbeitung und Bekantmachung desselben entstanden und bis hieher ist befördert worden: so muß ich ein inniges Vergnügen darüber schöpfen. Es haben gewisse hohe Standes-Personen das Belieben gehabt, die Beförderung desselben zu übernehmen, und man hat bey dem Druck und äußerlichen Beschaffenheit desselben nichts unterlassen, was zu seiner Auszierung dienen kan: in der Absicht, die darinnen enthaltenen Wahrheiten den Lesern angenehm zu machen, und sie zur Erkenntnis derselben anzuführen. Ich dencke nicht zu viel, wenn ich glaube, daß durch dieses Unternehmen die Absichten Gottes befördert werden: denn ich habe mich besonders bemühet, von Gott und demjenigen, was zu seinem Thun gerechnet wird, also zu reden, wie es seine Eigenschaften, nach der Gewohnheit unserer Zeiten erfordern; und dieses halte ich nicht für das geringste, was ich mir hierbey zu leisten vorgenommen. Da nun dieses zu der wahren Erkenntnis Gottes, und zur Vertheidigung der geoffenbahrten Wahrheiten so höchst nöthig ist: so hoffe ich, daß ich auf solche Art den göttl. Absichten gemäß gehandelt habe. Diejenigen, welche weiter hinaussehen, werden schon merken, wozu diese Arbeit noch ferner dienen kan. Obgleich für diesesmal meine Absicht nicht gewesen ist, diese Wahrheiten auf eine überzeugende Art abzuhandeln: so kan ich doch nicht leugnen, daß hierinnen bereits die Gründe darzu geleyet sind, welche man künftighin bey einer solchen Arbeit nicht wird entbehren können.

Libera huius versionis indolem exprimit præf. p. 25. Man siehet hieraus, daß ein Übersetzer die Worte nicht zählen darf, sondern er gebraucht deren so viel oder so wenig, als er zu seiner Absicht nöthig hat, & p. 30. warum diese Arbeit den Mahmen einer freyen Übersetzung verdiene, rationem hanc affert: Ich habe meine Arbeit lieber eine freye Übersetzung nennen wollen, in so ferne sie einer genauem entgegen gesetzt wird, da man sich an die Worte bindet. Die Abweichungen dieser Übersetzung von den Worten der Grundsprache ist (sind, solts heißen) von zweyerley Art: entweder hat man gleichgültige Worte dafür gesetzt, oder man hat den Begriff auf ganz andere Art ausgedrückt. In dem ersten Fall hat es gar keine Schwierigkeit, weil beyderley Worte einen Begriff vorstellen: allein in dem andern Fall erfordert es mehr Nachsinnen, wenn man die Gleichgültigkeit der Begriffe finden will. Verum nonne potius interpretis est, Dei, quam suum scopum prosequi? adeoque tam presse insistere verbis divinis, quantum permittit genius linguæ, in quam fit translatio; postulat contextus; exigunt Scripturæ alia loca clariora & poscit requiritve tam Ser. quam fidei analogia. Alias verendum esset lectori, ne pro mente divina ipsi propinentur sua- via translatoris somnia & errores forsan quoque vegrandes, veluti libera versione. Id quod etiam huic homini evenisse cernimus, cuius intentionem, si ex hac libera translatione iudicare par est, uti ipsemet in verbis, ex præf. excitatis, vult fieri debere, dolendum est vehementer, quod nullum prorsus vestigium plu-

plu-

pluralitatis personarum in divinitate, Christique promissi vel volam in uniuerso nobis reliquit Pentateucho, sed omnia in textu authentico, etiam luculentissima pro his mysteriis loca pervertit & aliorum deflexit; Speciminis loco suffecerint unum modo alterumve exemplum. Ita Gen. 1, 3. verba: *Et spiritus Dei motitabat se in superficie aquae*, sonant illi, über welchem (Wasser) heftige Winde zu wehen anstiegen. Plane contra usum loquendi hebraeorum, siquidem nec **רוח אלהים** usquam ita usurpatur; nec natura verbi **מרחפת**, ex Deut 32, 11. manifesta; nec quod aer demum secundo die fuit creatus, & quod ventus, vehementer impulsus, huc parum quadrare videtur, liberam hanc permittit versionem, aut perversionem potius & depravationem.

Verba Dei, quibus hominem condere decernit, quæque Moses enuntiat ita: *dicebat Deus trinus: Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram*, plane depravat ille Gen. 1, 26. reddens: *Endlich hat Gott auch beschloffen, Menschen hervor zu bringen, welche mit ihm eine Aehnlichkeit hätten* &c. Quando Gen. 3, 22. Deus trinus conqueritur dicitur: *Ecce Adam fuit (sed fuit eheu! amplius vero non est) sicut unus ex nobis, cognoscendo bonum & malum*; ille habet: *Gott gedachte, da Adam nach einem göttl. Verstande und nach einer höhern Erkenntniß getrachtet hat* &c.

Loca, in quibus nobis sistitur angelus aliquis Iehovæ, cui & nomina, vere divina **יהוה** & **ארכי** per (-) & attributa vere divina, itemque opera ceu causæ efficienti principali, ac denique cultus vere divinus tribuuntur, quique non est alius, quam ipse Dei filius, Deus & ipse supremus essentialis ac independens, ita depravat, ut non nisi de angelo quopiam creato eadem loqui putare posset lector, uti videre est Gen. 17. in primis vero 18 & 19 capp. in quibus ingens constituitur discrimen inter unum, qui aliquamdiu adhuc hæsit apud Abrahamum, reliquis duobus Sodomam concedentibus & apud Lothum pernoctantibus, & qui Lotho, e Sodoma educto, binisque illis postea iterum accessit Gen. 19, 17. sqq. non dubitat pro libertate sua, quam sibi sumit, hunc Dei angelum facere vulgarem & creatum angelum, ideoque duo iam dicta nomina vere divina & supremo numini & logice & grammatice propria modo vertit: *der göttliche Gesandte* Gen. 18, 13. & 17. modo *mein Herr* Gen. 19, 18 & 31.

Quin & luculentissimam de Christo, semine benedicto, in quo benedicendæ sint omnes gentes uniuersæ terræ, promissionem, Abrahamo factam Gen. 12, 3. repetitamque tam Gen. 18, 18. quam Gen. 22, 18. Isaac quoque iteratam Gen. 26, 4. atque Iacobo confirmatam Gen. 28, 14 propter quam Christus quoque appellatur Abrahamæ pariter ac Davidis filius Matth. 1, 1. & Luc. 3, 31. 34. immo quam optimus suorum verborum interpres, divinus spiritus per Paullum Gal. 3, 8. 16. multa vi & cum emphasi de Christo, sospitato nostro, accipiendam contendit, quam & Petrus Act. 3, 25. in ipso templo hierosolymitano in Christo impletam esse dicit, & hanc ipsam, divinitus Abrahamo factam, Christum liberatorem, in quo

fœdus

foedus gratiæ iniit Deus cum hominibus, innuere, non veretur iudæis ipsismet enunciare; quo & psaltes manuducit Pf. 72, 17. vbi laudes Messiaë canit Salomo, istius Psalms auctor secundarius. Hanc, inquam, singularem & tot in locis de Christo explicatam promissionem, susque deque habitis argumentis, quæ allata sunt, omnibus, libera, & plus, quam par est, licentiosa hæc versio ita depravat, ut lectori nihil in iis remaneat de Christo, & eius ibi reperiendi nulla relinquuntur indicia. Ita enim reddit Gen. 12, 3. Jederman auf der Welt wird sich wünschen, so glücklich zu seyn als die; pro eo, quod habet ex textu hebræo b. Lutherus prorsus egregie, und in dir sollen gesegnet werden alle Geschlechter auf Erden, it. Gen. 18, 18. ubi beatus Lutherus secundum fontes: und alle Völcker auf Erden sollen in ihm gesegnet werden. Sed hic liberior interpretis: Er soll so glücklich werden, daß alle andere Nationen sich wünschen sollen, so glücklich zu seyn, wie er. Gen. 22, 18. hebræa incorrupta exhibet lectori b. Lutherus, und durch deinen Saamen sollen alle Völcker auf Erden gesegnet werden, darum daß du meiner Stimme gehorchet hast, facitque hæc verba ipsius, ad Abrahamum loquentis Dei filii, sive angeli increati v. 15, qui per se ipsum iurat promittitque Abrahamo seminis multiplicationem coll. Pf. 127, 3. Noster licentiosus interpretis pervertit: deine Nachkommen sollen so glücklich werden, daß man in der ganzen Welt von ihrer Glückseligkeit wird zu sagen wissen, weil du ihm in diesem Stück bist gehorsam gewesen. Gen. 26, 4. bene ac prorsus conuenienter hebræica veritati b. Lutherus: und durch deinen Saamen sollen alle Völcker auf Erden gesegnet werden. Sed hic recens translator: Ich will sie (deine Nachkommen) so glücklich machen, daß alle Welt von ihrer Glückseligkeit soll zu sagen wissen. Denique Gen. 28, 14. Lutherus ad fontes accurare; und durch dich und deinen Saamen sollen alle Geschlechter auf Erden gesegnet werden. Novus interpretis: du und deine Nachkommen sollen so glücklich werden, daß alle Nationen in der Welt davon werden zu sagen wissen, liberius omnino, quam decebat & par erat. Et quomodo hæc cum iis, quæ in præf. p. 7. de obscura & paucis cognita æstimataque gente judaica, superius p. 8. adducta, conciliare velit, viderit ipse auctor.

Nec minus illustre Mosis de Christo vaticinium Deut. 18, 15. & 18. de propheta, quem Deus excitaturus sit e populo Israelitico, quique Mose sit par futurus, eodemve maior adhuc, quem audire deberent omnes, & quotquot eum non obsequiose sint audituri in omnibus, quæ præceperit ipse, eis Deus severam minatur iram, alio plane flectit hic libertate in transferendo nimia usus interpretis, parum pensi habens, quod textus diserta verba de uno, non tantum Mose æquali, sed maiore etiam sonant, eaque impudentissime pertrahit ad complures, Mose æquales, quorum tamen in gente israelitica nullum fuisse expressa perhibet littera Deut. 34, 10. Atque de Iesu servatore nostro hæc interpretatus est Petrus Act. 3, 22. & Stephanus Act. 7, 37. add. Ioh. 1, 45. c. 6, 14.

B

Vt

volam in uniuersis,
etiam luculentis
Speciminis loco
verba: Spiritus
(Wasser) heftige
hebræorum, siqui-
verbi מררפת, ex
creatus, & quod
liberam hanc per-

Moses enuntiat ita:
secundum similitu-
dinem hat Gott auch
Ähnlichkeit hat-
e: Ecce Adam fuit
noscedo bonum &
stl. Verstande und

nomina, vere
emque opera ceu
tribuuntur, quique
tialis ac independem-
dem loqui putare
app. in quibus in-
adhuc hæsit apud
apud Lothum per-
postea iterum ac-
n sibi sumit, hunc
duo iam dicta no-
propria modo ver-
Gen. 19, 18 & 31.
n quo benedicendæ
ctam Gen. 12, 3. re-
teratam Gen. 26, 4.
quoque appellatur
mo quam optimus
l. 3, 8. 16. multa vi
contendit, quam
risto impletam esse
beratorem, in quo
foedus

Vt vero nec hic lector inveniret Christum, cavet libera versione sua hic interpretis, circumlocutus v. 15. 18. 19. huncce in modum in Deut. c. 18. Gott wird künfftighin allezeit solche Weissager (in plurium numero eloquitur, quod divinus spiritus de uno enunciat) wie ich bin, aus meiner eignen Nation aufstehen lassen, und an diese könnet ihr euch halten & v. 18. Künfftighin will ich ihnen allezeit Weissager von ihrer Nation zuschicken, wie du ieso bist; diesen will ich meine Befehle offenbahren, und sie sollen dieselbe nachgehends der Nation vortragen, wie sie solche von mir erhalten. v. 19. Wer nun alsdenn meinem Befehle ungehorsam ist, welchen ich ihm durch die Weissager ankündigen lasse, den werde ich dafür zur Straffe ziehen, quippe in his omnibus ad plures pertrahens vates, quæ de uno eoque omnium eminentissimo pronunciauit Deus per Mosen.


Adeo ita hic interpretis nullibi penes Mosen reperit Christum, nec vestigia illius inveniendi relinquit lectori suo, aliter profus sentiens, quam Philippus Ioh. 1, 45. qui inquit ad Nathanaelem, ad Iesum perducturus eum: *nos invenimus eum, quo de Mose in lege prædixit & propheta*; adeoque ne Protevangelio quidem, & primæ post lapsum promissioni gratiæ pepercit, sed omnem operam suam eo convertit, ut eam extorqueret mentibus lectorum, Gen. 3, 15. ita libere, & plus quam licenter, circumlocutus. Hic enim est verborum divinatorum tenor ex sententia novi interpretis: und künfftighin soll zwischen dir und der Frau und euer beyder Nachkommen eine beständige Feindschaft seyn, dergestalt, daß die Menschen den Schlangen auf den Kopf treten, und diese hingegen jene in den Fuß stechen werden. Misera vero est & perquam deploranda hæc depravatio verborum maxime solatifuorum & acropoleos salutis nostræ. Quæ nimirum Deus de femine *ἡ ἄδελφὴ*, eove unius & solius mulieris loquitur, & pollicitus est, (quo de consuli meretur MEINOLDVS BOESECKEN in *biga diff. philol. de femine mulieris* p. 16. 17. & IAC. GOVSET *controversiar. adversus iudæ ternione* diff. 1. §. 7 p. 16. sqq.) ex virgine nascituro Ies. 7, 14. Ier. 31, 22. caputque infernalis serpentis contrituro, ea rapit hic interpretis ad omnes in uniuersum homines, & ad inimicitiam, quæ inter serpentem naturalem & homines gliscit, invito profus contextu orationis mosaicæ plane contra infallibilem ipsiusmet divini Sp. expositionem & experientiam omnem. Totus profecto contextus Mosaicæ orationis nobis serpentem sistit astutia, hominibus nociva, præditum, quæ tamen nulli creaturæ, nullive serpenti naturali, quippe hominis imperio subiectis inde a creatione huius Gen. 1, 26. 27. 28. inhæsit, haud quaquam de serpente naturali prædicari potuisset. Serpentem nobis sistit Moses, qui fari valuit & ratiocinari, quive decipere potuit Evam sapientissimam, & ipsa divina imagine præditam, qui deinceps propterea in ius vocari, cui sententia promulgari potuit, & pœna dictata est atrocior, quam ulla pensavit creatura. Hæc sane ita sunt comparata, ut neutiquam quadrent in serpentem naturalem, vel ipsa experientia teste. Loqui enim is non potuit, ratione non pol-


polluit, peccare, rationis quippe expers, non valuit, nec iudicio sisti, ut, audita sententia, pœnam luat promeritam, eamque longe graviorem, quam subiit ulla creatura alia. Non enim detestabilis magis est serpens hominibus multis, quam vel mus, felis, vipera, aranea quoque quibusdam est, tantum abest, ut vel unusquisque pedibus eum proculcet, quod tamen hic futurum prædicitur ex mente translatoris liberi: Neque, si unum serpentis naturalis individuum, sive mas illud fuisset, sive fœmina, vel ipsum hominem seduxisset, vel seductioni eius inserviisset instrumentum & ζῶον ἄλογον, potuisset plecti tota species, & quidem tam atrociter, quam gravem pœnam ne homo quidem sustinuit, non ablata ipsi parte aliqua integrante, quam serpenti ablata nobis fingit novus interpres v. 14. Von nun an solst du auf dem Bauch herumfriechen und dich die Zeit deines Lebens auf dem Boden nähren. Et quid? nonne multo plura dantur reptilia istiusmodi, quibus nulla fuit pœna decreta a Deo? quæ & humi repunt, & æque, aut magis etiam quam serpens, animal, ut ARISTOTELI appellatur *πauδάγρον*, terra vescuntur eiusve pulvere. Quod si recte attendimus ad indolem vocis נחש non nisi Lev. 11, 42. præter locum nostrum obviam & ad usum phræseos, *pulverem edere*, etiam alias de serpente infernali usitata & Ies. 65, 25. & Mich. 7, 17. facile perspiciemus, hæc quam rectissime competere in spiritum infernalem, cuius nobis abiectus ex cœlis status hoc modo graphice delineatur una cum cruciatibus exquisitissimis, æternum duraturis, nec unquam finiendis q. d. in abiecto hocce statu tuo, quo deturbatus es & ex omni cœlesti felicitate proiectus, manebis & gradieris perpetim, sentiesque furorem iræ divinæ iustissimæ, adeo ut pascaris pulvere, nullum tibi solamen, sed dolores ingentes afferente, & tantum non enecturo te, per omnes, quos ages, nunquam terminandos, dies tuos. vid. præclar. b. IOH. WINCKL. in conc. Dominic. Invocavit 1695. contra BALTH. BECKER. *mund. fasc. p. 25-33.* Multa hominum millia moriuntur, qui ne quidem viderunt unquam serpentem, ne dum proculcarant caput cuiusquam, demorsi ab eodem in calcaneo. Neque obstat, quod bis tamen hic serpens comparatur cum bestiis terræ, nim. v. 1. & 14. comparatio enim hæc est non propria, cuius vi annumeraretur bestiis, sed impropria, quæ eximit hunc serpentem ex numero animalium brutorum, quorum nullum fuit astutum & in perniciem hominis, heri sui, intentum; nullum tantæ pœnæ obnoxium, quanta est huius serpentis. Cuiusmodi comparativæ locutiones improprie, negative explicandæ, non sunt in sacris infrequentes e. g. Luc. 18, 14. *publicanus ibat domum iustificatus præ phariseo*, qui, propria & imaginaria iustitia turgidus, plane non iustificabatur. it. Ps. 118, 8. *melius est considerare Iehovæ, quam considerare hominibus*, hoc enim nullo modo bonum est, sed grande potius peccatum per Ier. 17, 5. Et Paullus ait 1 Cor. 7, 9. *melius est nubere, quam uri*, cum constet, uri neutiquam bonum esse, sed malum. Plane etiam hic ita subducenda venit ratio. Serpens hic erat astutior & gravius


vius punitus, quam ulla bestia campi. E. non fuit bestia campi, a Deo creata, quippe quarum bestiarum nulla astuta, nulla punita fuit, utpote non pravaricata. Et ita res nobis exponitur a Christo, Ioh. 8, 44. eiusve *ἐγκαλίω* discipulo Iohanne, Apoc. 12, 9. & c. 20, 2. & Paullus 2 Cor. 11, 3. eundem fuisse ait serpentem, qui Evam, & qui Corinthios seduxit; hic vero non fuit naturalis, sed diabolicus. Dicitur vero hic multoties serpens propterea, quod larva serpentis vestitus apparuit, quemadmodum Sauli sub schemate Samuelis imposuit 1 Sam. 28. ideoque aliquoties vocatur Samuel, licet verus & divinus vates non fuerit revera. Et ubi quæso nudus homo dicitur *semen mulieris*, quod de uno & solo redemptore nostro dici potest per II. cc. perque Luc. 1. & 2. itemque Matth. 1. capp. Neque *semen serpentis* hic apud Moysen est aliud, quam peccatum, quod per huius serpentis invidiam introiit in mundum, hominemque infecit Sap. 1, 24. Rom. 5, 12. 15. 17. 18. quodque Ioh. 1. ep. 3. v. 8. idcirco vocat opera diaboli, ad quæ destruenda venire oportuit, inque carne apparere Iesum, Dei filium. Aspidis hinc virus & venenum vocat Moyses Deut. 32. v. 33. & David Ps. 140. v. 4. quod per Christi satisfactio- nem cruentam delendum erat Ies. 43, 24. 25. Neque enim satis commodum est, per se- men serpentis vel angelos malos, cacodæmonis in seducendo genere humano socios & co- operarios atque approbatores intelligere, hi enim nusquam dicuntur *semen*, sed *angeli* po- tius *sui principis ac ducis*, sub cuius vexillis militant cohortes infernales per II. Apoc. cc. Et tota caterva diabolica sub ipso serpentis nomine comprehenditur, atque pronomine T E significatur. Quemadmodum nec congruum satis est, homines malos, misereque dece- ptos per hoc serpentis semen intelligere velle. Quanquam enim illi passim dicantur filii Diaboli v. g. Ioh. 8, 44. Act. 13, 10. non tamen quadrat, eos sub serpentis semine h. l. indi- gitari; alias enim omnes homines intelligendi essent, quia omnes in Adamo peccarunt & a diabolo seducti sunt. Et perquam incommode Christus tanquam semen mulieris hominibus ut hostis opponeretur, quorum tamen se sponso- rem sistit ac liberatorem; proponiturque omnibus in universum hominibus fœ- dus gratiæ ac solatium, quod totum tolleretur, si vel præcipua hominum pars ad latus dia- boli Christo opponeretur. Præterea gratia h. l. oblata voluntatis diviniæ antecedentis opus est, nullove habito discrimine ad omnes singulosque homines se porrigit, testibus Paulo 1 Tim. 2, 5. ac Petro 2 ep. 3, 9.


Ab hoc igitur tam turpiter, tamque nefarie depravato deturpatoque Pentateucho Wert- hemienfi cavete vobis *nostri!* cane peius & angue. Veneramini cœlestem, Moysi ministerio revelatam, veritatem, tanquam unam & solam viam ad æternas & perennes felicitates; tre- mendum sacrosanctæ ac individuae trinitatis mysterium reclusum pie admiramini, & imper- vestigabile licet reverenter colite. Christum non eliminate ex eo, sed potius, tam crebro a Mose promissum, devote quærite, & quando inveneritis eum, fideli grataque mente excipi- te, memores perpetuo, quanti constiterit ipsi, ut liberaremini e Satanæ potestate, & con- culcæret ipse caput infernalis genii; neque committite unquam, ut vulnera eius laceretis de- nuo, vosque subiiciatis potestati tenebrarum. Sed id potius agite omni nisu, ut, his ma- xime diebus, pia recolatis mente, quod huius redemptoris beneficio exenti sitis caro pretio ex servitute eius, cui per omnem vitam ex metu mortis servi esse debebatis, eove allabo- rate anxie, ne rursus cogamini sub obsequium eius. Proptereaque precibus ardentissimis flecite patrem in cœlis, ut brevi conculcet malignum sub pedibus vestris, quod tum fiet, si, sospitatoris semper memores, eius vestigia fideliter premere studueritis, non obliti, quod nobis reliquerit *ὑπογραμμὸν*. Ita enim effugietis illecebras mundi carnisque cupidita- tes & gratos etiam vos præbebitis iis, qui imbuunt veritatibus cœlestibus hisce reficiuntque animas vestras, & pascunt dapibus vere divinis, aliisque eritis exemplo, quod imiten- tur. P. P. in acad. Ienensi feria prima natali Iesu Christi CXC IJ CC XXXV.


(L. S.)













Abramo ap-
 tris volun-
 alias orato-
 cum Ioh. V.
 coll. v. 13.
 gumentum
 τὸν Θεὸν τῆς
 raticum, su-
 ellat Moses
 o Christum
 huc affer-
 endum no-
 Pauli verbis
 cognosci-
 Matth. IV.
 esse. Nam
 sibi con-
 distinctio-
 exisse. Et
 XXIV. 9.
 a seu glorio-
 titudo eius,
 nctū forte
 OTIVS su-
 tam plane
 ntu huius
 bed-Edo-
 nus igitur
 m arrisisse
 rum para-
 cit. mo-
 rca illam
 enasci

enasci possent lectori ex
 Videlicet (α) quando Mo
 sicut dixerat ei Iehoua perrex
 annorum, cum egrederetur de
 nomine, quod neutiqua
 prolata intelligi queant d
 cum quod ibi adhuc de
 egredi, quippe in quo ne
 75. annos habebat, quos
 buisse, cum hæc c. XII.
 Per nos enim anno 701
 hæc difficultas quosdam
 tes dirimendum, & pri
 parenthesi quasi inclusum
 pertrahendum esse; pos
 riori segregatum ad post
 esse, a qua sententia alie
 ad Act. VII. 3. f. 854. b. fi
 ne insuper, quod Haran
 rami appellari non potu
 ret a cognatione sua, v
 non habuerit. Quamqu
 omnia, non tamen sat
 Quod enim ad proxim
 confirmare volunt supra
 mus ab eadem, quia ex
 nomine quoque Haran
 initia v. c. de prima Ab
 obstat, quod nulla in i
 quem tamen primam p
 mul fuisse, totidem verb
 igitur iam, commemor
 surus non fuisset. Qua
 obtigerit diuina reuelati

quæ tractauimus verbis.
 XII. addit: abiit (Abram)
 Loth, eratque Abramus 75.
 quere hoc videtur duplici
 Mosi in v. 1. 2. 3. c. XII.
 e in Vr quondam facta,
 potuerit iuberi ex Haran
 t, tum quoque quod non
 erte ait Moses ipsum ha
 uocatio ipsi contingeret.
 exire iussus est. Adegit
 uerent, v. 4. in duas par
 thium vna cum v. 1. 2. 3.
 em ex Vra profectionem
 m v. 4. incisum ab ante
 Haran vnice referendum
 B. CALOVIUS *Bibl. Illustr.*
 rgent alii pro hac opinio
 tum Tharam, terra Ab
 ræcipi eidem, vt discede
 in Haran reliquam sibi
 rudite excogitata sint hæc
 rorosius ea examinanti.
 rationem, qua amplius
 lata, nos merito abstinui
 V. 4. 7. & 38. constat, eo
 posse. Quo minus vero
 ctione ex Vr accipiamus,
 ichio fit Tharæ mentio,
 m vrsisse, & ingressum si
 Moses Gen. XI. 31. illum
 Abramo & Lotho, omif
 non Tharæ, sed Abramo
 imum tamen ea, Abramo
 inter-

